



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Antonius De Padua C. 13. Iunii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

nenses dederunt, unaque P E R E G R I N I nomen. Illum facibus suis cælum nobilitavit; quod ipsum miraculum testis, & ipse miraculosus (cæcus) vidit. Ex Ferrar.

*Si aeterni Patris inhabitare domum, si rei caelestis parricidii teneri nolumus, terræ invidia excludamus insidias: invidiam armorum caelestium viribus comprimamus: quia sicut nos Deo jungit charitas, sic à Deo invidia se jungit. S. Chrysol. serm. 4.*

## S. ANTONIUS DE P A D U A C.

13. Iunii.

**A**NTONIUS, quem vulgò Patavinum dicunt, S. Francisci discipulus, suis ad concionem verbis à flagitiosâ vitâ quam plurimos revocavit. Eam ob rem cum oculi dolerent inferno hosti, decumbentis in lectulum spiritum elidere faucibus interceptis aggressus est: sed ille unico *Mariæ* nomine simul viam loquelæ fecit, simul insidiatorem in fugam dedit. Hæreticum, qui sacræ Eucharistiæ cultum negaverat, ad sanio rem mentem & ipsum reduxit. Cum enim mulus impii à negato aliquàm multis diebus, sed præbito demùm lautè pabulo, ad ANTONIUM vocatus accurrisset, sanctiusque epulum pronus in pedes adorasset, sapere à jumento suo etiam dominus didicit. Pro concione

A a 3

fune-



374 VITÆ SANCTORUM. 14. Iunii.  
funebri lucrionis cuiusdam, palam edi-  
xit, illum æternis inferorum flammis  
addictum esse, ejusque adeò rei indicium  
fore cor illius non pectore, sed arcâ cum  
nummis suis clausum. Præter alia multa,  
quæ fecit admiratione dignissima, pue-  
rum demortuum vitæ reddidit, quo is  
parentem ANTONII de homicidio accu-  
satum innocentem absolveret. Supre-  
mum ægotantem CHRISTUS invisit,  
obitum verò ejus per urbem fando infan-  
tes vulgarunt, quò minori eloquio, hoc  
majore virtutis præconio. Ex Surio.

*Toto mentis affectu beatissimæ Virginis  
nos intercessionibus committamus, ejus pa-  
trocinia omni nisi imploremus; ut dum sup-  
plici obsequio eam frequentamus in terris,  
ipsa nos sedulâ prece commendare dignetur  
in calis. S. Aug. in F. Ass. B. V. hom. 3.*

#### S. HELISEUS PROPHETA.

14. Iunii.

**P**rofuerit juventuti HELISEI Cir-  
censes lados spectare; redeat inde  
modestior, & reverentior canæ ætatis.  
Bethelensis pueritiæ grex calvitium san-  
cti senis vernaculis jocis proscindebat.  
Eam dicacitatem ursi duo, quadragenis  
binis è toto numero conceptis, casti-  
garunt: ne ferulas tantum, sed & feras  
puerilis lascivia sibi metuendas existi-  
met. Cætera illius viri prodigia quis me-  
mo-